Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mittam. At illi instabãt
vocibus magnis: postu
lantes vt crucifigeretur. Et
invalescebant voces eo
rũ. Et pylatus adiudica
uit fieri petitionem eorũ.
Dimisit autẽ illis eũ qui
ppter seditionẽ et homicidiũ
missus fuerat in carcerem
quẗ petebant. Jhũm vero
tradidit voluntati eorũ.
Et cũ ducerent eũ apprhẽ
derũt symonẽ quendã
cyrenensẽ venientẽ de
villa: et imposuerunt
illi crucem portare post
ihũm. Sequebatur autẽ
illũ multa turba ppli et
mulierũ: que plangebãt
et lamentabantur eum.
Conversus autẽ ad illas ie
sus dixit. Filie iherusalem: no
lite flere super me sed super
vos ipsas flete et super fi
lios vros: quia ecce venie
ent dies in quibus dicent.
Beate steriles et venres
quas non genuerũt vbe
ra que non lactaverũt.
Tunc incipient dicere mõ
tibus cadite super nos et
collibus operite nos: qã
si in viridi ligno hec fa
ciũt in arido quid fiet?
Ducebantur autẽ et alij
duo nequam cũ eo ut inter
ficerentur. Et postquam vene
rũt in locũ qui vocatur
caluarie ibi crucifixerunt
eum et latrones: vnum
a dextris et alter a sinistris.
Jhus autẽ dicebat. Pat
dimitte illis: non enim
sciũt quid faciũt. Divi
dentes vo vestimenta eius
miserũt sortes. Et stabat
ppls exspectans. Et deri
debant eum principes cũ
eis dicentes. Alios sal
vos fecit: se saluũ faciat
si hic est xpus dei electus.
Illudebant autẽ ei et mi
lites: accedentes et acetũ
offerebat illi dicentes.